

INCIPIT INTERPRETATIO

de Ponderibus medicinarum, de graeco scilicet in latinum, & de signis eorum Graecis.

A istud est signum librae, equale quicquid; ad cotylam quod est l. i. istud est vna quod est hemina) habet vnc. xvij.

R istud est sextarium, habet cotylas duas, quod est l. ij. istud est vncia, habet scrupulos. xxij.

H istud est vncia media, habet olcas tres, quae faciunt

L istud est olcati, habet solidum vnum.

X istud est oboli duo, habet siliquas. vij.

S istud est grama, habet scrupulum, quod facit siliquas. vi.

S istud est oboli tres, habet siliquas. vij.

C istud est oboli iij. habet siliquas. xij.

O istud est obolus, habet siliquas. ij.

X istud est * habet sextaria italica. xvi.

R istud est cotyla idem hemina, quae quicquid; habet. p. li. i. Ro.

Q istud est conchula mixteros.

D istud est denarius, habet obolos. ij. s.

X istud est chalcus, quod sunt scrupuli. v. i. siliquae. xx.

B istud est chrismus aureus, habet semissem.

N istud est drach. habet scrup. 3. quod sunt siliquae 18

O istud est olca, habet gramas. iij. quod est solidum vnum.

X istud est anis habet sextarios duos alexandrinos qui habent lib. quatuor.

X istud est cyathus habet vnciam vnam. alibi dixi. x.

X istud est scrupul. habet siliquas. vi. hodie sic scrup.

K istud est siliqua. habet grana hordei. iij.

R istud est cochlear, habet siliquas. viij. Coeca habet. diamina. i.

R istud est acetabulum. den. xv.

Ponderis signa plerisque ignota sunt, sed ut a veteribus signata sunt, subiiciamus.

E significat dimidium obolum.

E virga equaliter iacens, aut porrecta, significat. ij. obolos.

T latinum significat obolos. iij.

F latinum significat obolos. iij.

E latinum significat obolos. v. ideo characterem non habet, qui faciunt drachmam, quod est pondus argentei denarii.

H littera significat siliquas. viij. i. tremissem.

N latinum significat numisma graecum. i. solidum.

V virgula. ij. ex vno angulo elenata in dexteram se diuidentes, significant drachmam, quam etiam Holca appellat, antiquitus sic, hodie vulgo sic. 3.

N latinum adiunctum gamma graeco sign. semunciam.

I gamma graeca littera. o paruum in eius angulo adiectum significat vnciam.

L lambda graecum per medium sui i paruum habent adiectum significat. libram. Hodie vulgo sic lib.

K kappa graeco supra in fine si adiunctum v. habeat significat cyathum.

R si vero, o supra habuerit loco, heminam demonstrat, quam graeci cotylam vocant.

G graecum si acceperit, o. supra sic significat sextarium, si o. paruum habuerit, significat acetabulum quod graeci oxybaphum vocant.

M Mi graecum, superpositum habens n signifi. minā.

A A. latinum in fine habens lambda graecum, significat talentum.

X in dextro brachio superiori, o paruum habens iunctum significat anis.

Quae supra sunt de ponderibus, & mensuris, quoniam non sunt admodum fida; ideo quae non potui ego, nec vna cum doctissi. viris etiam castigare, id tu opt. lector ex Geor. Agr. suo lib. de ponderib. & c. ac alijs huiusmodi petere poteris.

IACOB ALCHINDI AVCTORIS praestantissimi in suum de medicinarum compositarum gradibus inuestigandis libellum praef.



Via primos veteres, cum de diuersitate cuiuscunque medicinae sigillatim in caliditate, & frigiditate, & humiditate, & siccitate loquerentur, valde sollicitos fuisse cognoui. Vnde etiam in hoc quatuor inueniunt definitiones, dicentes, gradum primum, & secundum, & tertium, & quartum in unaquaque;

qualitatum existere, quod tamen in composita medicina dicere praetermiserunt. Non enim dixerunt quia haec medicina composita in gradu aliquo ita, & ita existat; in calore, & frigiditate, aut humiditate, aut siccitate; non tamen quod proprium fuerit scientiam eius rei in medicina simplici attendere, quam in composita; licet enim huius rei scientia secundum ordinem simplicis medicinae precedat composita, non est tamen conueniens, ut ipsam sola simplici attendatur medicina, & non in composita. Quia medicina composita, quamuis ex medicinis constet, quarum virtutes in simplicitate earum diuersificantur, non tamen sequitur, ut eius complexio diuersificetur, quando componitur. Intellexi, quod ad scientiam virtutum medicinarum compositarum pertinere, non minimi est lucris.

Capitulum secundum.

Quia ergo medicina composita fuit composita, consecutum est, ut ipsius virtutes, secundum multitudinem, & paucitatem diuersificentur, quod quidem prouenit ex virtutibus earum, a quibus fuit composita. Impossibile enim fuit, ut in quarundam virtutibus ex quibus composita constitueret, & illarum virtutes non obtineret. Quia itaque illum inuestigare proposui, nec potui praetermittere, quin cuiusque gradus relationem, quam ad alium habet, percipere studeremus, in inquisitionem aequalitatis laborarem, aequum fuit.

Capitulum tertium.

Ipsa namque est, in qua contraria equaliter coniunguntur, ut in neutro fuit. Itaque eius inquisitio magis proprie praetermittenda, quia nihil calidum dicitur, neque frigidum, neque humidum, neque siccum, nisi ex eo quod iam ipsum addit supra aequalitatem. Et quia ipsa est origo, & principium & elementum huius totius, quod de hoc dicitur, & ab illa prouenit augmentum, & in illa resoluitur. Si. n. quid sit resolutionis intentio, quareatur, quod sit augmentorum ab aequalitate ablatio, donec aequalitas remaneat, sicut ego (si Deus voluerit) explicabo. Et quia eorum, quae supra aequalitate addita fuerunt, neque quantitates, neque species omnino notae fuerunt, necesse fuit nobis illud explicare.

plicare. Augmentorum aut intellectus gradus sunt quatuor, quia supra æqualitatem additi sunt. Dicam ergo, quod omnia augmenta naturalia quinque modis sunt.

Primo est augmentum dupli. Post quod est augmentum, quod addit partem unam, quod est continens, quantum illud, cui comparatur, & eius medietatem. Post hoc est augmentum addens partes, quod continet quantum illud, & eius duas tertias. Post hoc quoque sequitur augmentum dupli, quod addit partem, & est compositum ex prima specie, & secunda. Consequitur hoc augmentum dupli. addens partes, quod ex specie prima, & tertia componitur. Quia ergo hoc aperte in numeris exponere cupio, ipsos secundum ordinem nature supposui in ordinibus suis; quorum unus alius præcedere non potest. Et incepti ab uno, quod est causa numeri, cum ab illo ortus fuerit, & creuerit. Quod ut menti hunc nostrum librum legentis certius infigatur, & affirmetur, æquum fuisse credidi præmittere, quod de his quinque speciebus proposuimus. Est autem ordo naturalis iste. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Capitulum quartum.

Dico igitur augmentum duorum supra unum dupli est vnus, & unum duorum est medium. Iam ergo patet, quod primum naturalium augmentorum est augmentum dupli, & quod duo duplum sunt vnus. Nos quoque augmentum dupli præmisimus, quia natura istum præmisit, & quod propria proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas existit. 1. Id est quod unum eius ordinis, qui est post ipsum, scilicet duum est medium. Apud nos enim nihil interest, utrum dicatur augmentum, siue proportio. Præterea dico, quod augmentum trium supra duo, est id, quod addit partem, hoc est, quod tria iam addiderunt supra duo partem duorum: duorum namque pars vnus est, & est illud quod addit partem. Iam itaque manifestum est ex hoc, quod hoc augmentum naturali ordine sequitur illud, quod est ante ipsum. Similiter quoque augmentum 4. supra 3. est ex genere eorum quæ addunt partem. Itidem dico quod augmentum 5. supra 3. sunt 2. duo namque duæ partes trium existunt, & est illud, quod addit partes. Dico, etiam, quod augmentum 5. super 2. est primum augmentum dupli, quod addit partem. Et est illud, quod 5. iam addiderunt supra 2. cum duplo eorum, & vno. Vnum namque est pars duorum. Et est hæc proportio composita, quam componi diximus ex proportione dupli. & ea quæ addit partem. Dico ergo præterea, quod augmentum 8. supra 3. est primum augmentum dupli, addens partes. Et hoc est, quod 8. iam addiderunt supra 3. duplum ipsorum, & duarum partium suarum quantitatem, & est proportio composita, quæ ex prima specie, & tertia componi diximus. Iam ergo manifestum est ex eis, quæ diximus, illud, quod præmisimus de illis 5. modis, necessario proponendum fuisse. Quorum primum augmentum dupli continet, sicut unum, & duo, & 4. & 8. Et secundus, id quod addit partem, ut 2. & 3. & 4. & 5. Tertius similiter modus augmentum partium continet, ut 5. ad 3. & 9. ad 7. Quartus vero modus est augmentum dupli, quod addit partem, ut 2. & 5. & 11. & 23. Et quintus est, in quo augmentum dupli. quod addit partes, quæ admodum 3. & 8. & 18. & 38.

Capitulum quintum.

Consideremus igitur qualiter proportionum fiat resolutio, ut ad æqualitatem redeant. Et ponamus aliquid, quod sit exemplum, & regula, qua perueniamus ad hoc, quod in æqualitatem resolvere volumus. Multa enim sæpe queruntur, ad quorum scientiam perueniri non potest, nisi exemplis rerum positis, quæ cum eis sint vnus generis. Ponamus itaque tres numeros proportionales dupli proportionem. Æqualitas enim (ut post hæc explicabo) inueniri minime potest, nisi in hac, & ipsa est primi species quæ præmisimus. Quæ etiam prima naturaliter est inuenta. Hoc autem est, ut sint tres numeri proportionales, & sit proportio primi ad 2. ut secundi ad 3. Quos cum conuerterimus, erit proportio tertij ad secundum, ut secundi ad primum. Et sit primus minor, secundus medius, tertius maior. Cum ergo volueris eos ad æqualitatem resolvendo ducere, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiori quantitatem medij, & minoris: & qui remanebunt erunt æquales. Si ergo remanentes species, secundum ordinem dupli, composue-

Arimus; statuentes dupli in lineis, & componentes maiorem primum, & minorem postremum. Et deinde posuerimus huic primo ei simile, & sub medio numero continente quantitatem ipsius, & huius primi, & sub postremo quantitatem ipsius, & primi & dupli medij, proveniet compositum, quod addit partem. Illud quoque, quod addit partes, constituitur ut cum ponimus hoc, quod addit partem, quæ admodum posuimus. Duplum autem, quod addit partem, constituitur cum ponimus illud, quod addit partem, ita ut est absque conuersione; & facimus, ut prius fecimus. Dupli quoque, quod addit partes, componitur, cum statuimus illud, quod addit partes absque conuersione, & exequimur in eo omnia, ut in alijs fecimus. Cum ergo has species ad æqualitatem resolvendo reducere voluerimus, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiore dupli eius, quod residuum fuit ex medio, & quantitatem minoris. Et si numeri tres æquales remanserint, iam illud inuenimus, quod quærebamus. Si vero non, sed iam egressi sunt ab illa, in qua relatione habuerunt, & transierunt in aliam speciem, quæ magis remota est à natura, quæ species, à qua hæc fuit resoluta. Post hoc quoque operabimur consequenter, ut prius. & si numeri tres, qui sunt residui æquales sunt, conueniunt, iam consequuti sumus illud quod volumus. Si autem non, iam in aliam speciem transierunt, quæ magis est elongata à natura, quæ ipsa. Verbi gratia. Ponamus, æquales numeros in linea vna tribus ordinibus distincta, & sit prima, & sint in ea isti tres numeri 1. 1. 1. deinde adiungamus eis lineam secundam, in qua sint ordines numerorum proportionem dupli proportionales, & sint isti 1. 2. 4. Si ergo voluerimus resolvendo hos ad æqualitatem ducere ex medio, qui est 2. minuemus quantitatem minoris, qui est 1. deinde minuemus ex maiore qui est 4. duplum eius quod remansit ex medio, & minoris, qui est 1. & 2. & remanebit vnus. Iam ergo resolvendo, omnes numeri inueniuntur æquales. Quod siquidem ex 4. superfluit speciebus, resolvendo ad æqualitatem reducere voluerimus non consequitur, ut ea, quæ residua erunt, æqualia inueniantur, immo in aliam speciem transibunt, quæ à specie æqualitatis naturaliter remotior erit.

CExempli causa duabus lineis tertiā adiungemus, in qua erunt numeri proportionem augmenti, quod addit partem, continentes, & sint isti 4. 6. 9. Deinde annexemus ei lineam quartā continentem proportionem augmenti, quod addit partes, in qua sunt numeri isti 9. 15. 25. huic quoque adiungemus lineam quintā, in qua sint numeri continentes proportionem dupli, quod addit partem, & sint hi 4. 10. 25. cui similiter annexemus sextā lineam, post hæc, in qua sunt numeri connexi proportionem dupli addentis partes, & sint isti 9. 24. 64. Cum ergo voluerimus harum specierum numeros resolvendo ad æqualitatem ducere, minuemus ab omni linea ex lineis cuiusque speciei numerum minorem ex medio, & deinde mediū, & minorem ex maiori. Numeri igitur, qui residui erunt, non inueniuntur æquales. Immo erunt naturaliter remotiores à specie æqualitatis. Quapropter ex eo quod superfuerit, oportebit nos facere quæ admodum exequi fuimus prius, resolvendo donec æqualitas inueniatur. Possunt autem, & hæc species aliter componi: & non secundum dispositionem, dupli, sicut sunt 2. 3. 4. quæ est linea numerorum, qui addunt partem, & deinde adiungemus ei lineam quartā, in proportionem augmenti, quod addit partes, ut eam, in qua sunt 3. 5. 7. Et post addimus ei lineam quintam continentem proportionem dupli quod addit partem ut illam in qua 2. 5. 22. Et deinde adnectemus ei sextam lineam continentem proportionem dupli quod addit partes, ut illam in qua sunt 3. 8. quemadmodum subiecta docet figura.

Æqualitas. 1. 1. 1. 2. 3. 4.
Multiplex. 1. 2. 4. 3. 5. 7.
Superparticularis. 4. 6. 9. 2. 3. 4.
Superpartiens. 9. 15. 25. 2. 5. 7.
Multiplex superparticularis. 4. 10. 25. 2. 5. 11.
Multiplex superpartiens. 9. 24. 64. 3. 8. 18.

Cum ergo volueris has quatuor species, resolvendo ad æqualitatem ducere, minuemus in vnaquaque linea cuiusque speciei numerum minorem ex medio, & deinde mediū, & minorem ex maiore, quod postquam fecerimus, remanebunt numeri

numeri non tenentes æqualitatē, aut in toto, aut in parte: nec vnquā reperies, q̄ oēs, qui residui sunt, æquales inueniantur. Iam ergo manifestum est ex hoc æqualitatē minime reperiri posse, nisi in portione dupli, quæ est prima. Et est etiam ostensum, q̄ proportio dupla proportio nalis est, & q̄ augmenta, quæ resoluendo reducuntur ad æqualitatē, proportionalia existunt. Si ergo quilibet quatuor specierum conuertendo ad dupli proportionē, quæ est prima reduxerimus, inueniemus æqualitatem in eis, & quod proportionales fuerunt. Ideoq; dictum est, quod æqualitas non inuenitur, nisi in portione dupli.

Postquam ergo iam ostensum est primū ex augmentis naturalibus augmentū dupli existere, & q̄ æqualitas in eo reperitur, cum alia in ipso resoluuntur, demonstrabo æqualitatē, quæ est in æqualitate; deinde ostendā illud, quod ab æqualitate egressum est; & post hæc resoluā in ipsam, donec augmentorū mensuræ supra æqualitatē manifestæ sint (si Deus voluerit.) Dicam ergo, q̄ æqualitas in æqualitate est contrariorū adinuicem temperantia in re æquali, & eorū effectus æqualis, videlicet, vt sit eius calefactio quanta est, & infrigidatio. Oportet igit, vt egressus ab æqualitate sit augmentū vnius qualitatis supra sibi contrariā. Quod sic colligitur. Caliditas. n. & frigiditas contrariæ sunt, quarū vnæquæq; eam, quæ sibi contrariatur, fugat. Cū igitur in æqualitate sint æquales, neutra earū aliquid super aliam addit, neq; intenditur. Conueniens tñ est, vt cum vna ex qualitatibus aliquid auxerit supra sibi contrariam secundū suā speciem addat. Iam igitur manifestum est, q̄ discessus ab æqualitate, in qualitate, est augmentum vnius duarū qualitatum supra sibi contrariā. Apud nos. n. nihil interest, siue hæc qualitates temperantes dicantur, siue moderantes, siue alterantes, siue rectificantes. Quod aut vnius qualitatis augmentum dicimus, nihil aliud intelligi volumus, nisi ipsius intentionem. Augmentum. n. in qualitatibus non proprie dicere possumus. Ipsum nāq; ex proprietatibus quantitatis vna existit. Et quia vnæquæq; duarum qualitatum contrarium locū occupauit in eo, in quo ipsius consistit eleuatio. Fuit, & locus, quē calor occupat, ab eo quem tenet frigiditas, alius. Vnus. n. locus non supponitur duobus contrariis. Indigemus igitur, vt dicamus in æqualitate, tot partes calidas contineri, quot frigiditas, cum ipsam in minimas diuiserimus partes.

Si autem aliquis nobis obieciat, dicens caliditatē causā suā raritatis, & dilatationis maiorem locū debere occupare, quā sit locus, quem tenet frigiditas, & hæc causa suæ contractionis, dicemus caliditatem non dilatari, cū eius contraria coniungatur eis, & æquetur, quia contrarietas est inter eas, & insecurio, nec etiā æquius est caliditatem remouere frigiditatem de loco suo, quam ut frigiditas caliditatem. Postquam ergo caliditati non adest, q̄ diximus aduersus frigiditatem, nō dilatatur magis in loco suo, quam frigiditas in suo. Qd si volueris minimam partem ex partibus rei in cōplexione, æqualis, intellectua liter, considera, q̄ est pars indiuisibilis ratione suā paritatis, & inuenies conueniens esse, vt in ea sit tñ caliditatis, quantū frigiditatis, cum rei æqualis cōpositio ex istis partibus facta sit. Iam igitur ex hoc verificatum est in re æquali, tot partes calidas contineri, quot frigiditas. Et quia manifestum est, quod discessus ab æquali sū quantitate est augmentū vnius qualitatis supra sibi contrariā, qd etiam in dando sū quantitatis directionem exposuimus. Iam igitur ostendimus quantitates eorū, quæ ab æqualitate discesserunt, sū quantitatem, & æqualitatem, ex hoc, quod in eis est de æqualitatis manifestatione. Deinceps vero explicabo resolutionem eorum in æqualitatem, p̄cipue cum æqualitas nō reperitur, nisi in eo, quod in ipsam resoluatur. Dicam ergo, q̄ licet augmenta, quæ supra æqualitatem fuerunt, in æqualitatem sunt oia resoluenda, cū nullum inueniatur, quod in æqualitate resoluatur, præter augmentum dupli. Consequens est tñ secundum ordinem his, vt non oēs, quod ab æqualitate discessit, in ipsam proprie resoluatur. Et quia iam manifestum fuit, q̄ in re æquali, tñ est caliditatis, quantum frigiditatis, po-

nemus rem æqualem partem vnā, cuius vnius medietas est calida, & alia ipsius frigida. Et ponemus etiā, vnāquāque contrariarum, quæ æquatur medium, citi ergo calidum medium, & frigidum medium.

Capitulum sextum.

Dico ergo, quod oportet, vt sit quantitatis augmenti primi, quod discedit ab æqualitate, cuius calor sensus, non vehementer apparuit, dupla caliditas, quæ in re æquali existit, quod ex eo patet, quod de augmento dupli exposuimus. Et est etiam dupla frigiditatis, quæ est in re æquali. Postquam rei æqualis caliditas tanta est, quantā est ipsius frigiditas. Et est pars media est vnæquæque illarū sicut diximus. Est ergo in augmento primo, quantitas medietatis caloris pars integra: frigiditatis vero quantitas medietatis caloris, quæ est in ipso. Cum ergo resolverimus primum augmentum hoc est in æqualitatem, & remouerimus vnum duplum caliditatis, remanebit media pars calida, in media frigida, & ipsa sunt illud per media, quæ se vicissim temperant, ex quibus processit æqualitas.

Ex hoc quoque ostensum est, quod æqualitas in vnoquoque augmentorum reperitur, cum remouerimus prima augmenta. Inuenimus enim partes contrarias, quæ se vicissim, (vt prædictum est) temperant. Dico ergo, q̄ præterea oportet, vt sit mensura augmenti secundi, cuius calor expressit augmentum primum manifeste. Dupla caloris augmenti primi, quemadmodum de augmento dupli ostendimus.

Et quia mensura augmenti primi iam fuerit vna pars integra, & duplus caloris, qui est in re æquali, & dupla, etiam frigiditatis ipsius, oportet vt sit calor secundi augmenti due partes, & sit duplus caloris augmenti primi, & quadruplus caloris, qui est in æqualitate, atque quadruplus frigiditatis, etiam quæ continetur in ipsa. ipsius nāque calor eius frigiditati æqualis existit. Quod ergo in augmento secundo frigiditatis inuenitur tantū est, quantum quarta pars caliditatis in eodem inueniatur. Cum ergo hoc secundum augmentum sustulerimus, remanebit primum. Primum quoque cum remouerimus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida, & ipsa (vt dictum est) sunt duo media, quæ se adinuicem temperant, à quibus æqualitas processit. Et dico itidem, quod oportet, vt sit mensura tertij augmenti, cuius calor, & effectus secundum augmentum exceßerunt vehementer, non tamen in ultimo, dupla caliditatis augmenti secundi, quod ex hoc manifestum est, quod de augmento dupli exposuimus. Sed quia mensura augmenti secundi dupla fuit caloris, augmenti primi, & quadrupla caloris, qui est in æqualitate, exigitur, vt sit calor augmenti tertij quadruplus caloris augmenti primi, & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris, qui est in re æquali, & duplus frigiditatis eiusdem, oportet, vt sit calor augmenti tertij octuplus caloris, qui est in æqualitate, & octuplus etiam frigiditatis, quæ in ipsa existit, postquam calor æqualitatis frigiditati ipsius æquatur. Ex hoc quoque patet, quod id, quod in augmento tertio frigiditatis existit, tantum est, quantum octaua pars caloris eiusdem. Cum ergo abstulerimus hoc augmentum tertium, remanebit secundum augmentum. Quod itidem cum sublatum fuerit, remanebit primum augmentum. Hoc quoque primum cum sublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida. Et ipsa (vt dictum est) sunt duo media, quæ se vicissim temperant, à quibus processit æqualitas. Itidem dico, quod oportet, vt sit mensura augmenti, cuius calor, & effectus vehementer supergressi sunt dupla caloris augmenti tertij, quod ex eo patet, quod de augmento dupli ostendimus.

Sed quia calor augmenti tertij, quadruplus fuit caloris augmenti primi, & caloris, qui est in æqualitate octuplus, oportet, vt sit mensura caloris augmenti quarti, octuplus caloris augmenti primi, & sexdecuplus caloris, qui est in æqualitate. Quod etiam frigiditatis, quæ in ea reperitur sexdecuplus, excedat, quemadmodum ostendimus, quod calor æqualitatis est sicut eius frigiditas.

tas. Et ergo illud frigiditatis, quod in quarto existit augmento tantum quantum est medietas octavae partis caloris in ipso existens. Cuius ergo remouerimus hoc quartum genus augmenti, remanebit tertium. Tertium quoque cum abstulerimus, remanebit primum. Primum quoque cum sublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media pars frigida. Et ipse (ut saepe dictum est) sunt duo media, quae adinuicem moderantur, ex quibus aequalitas constituta est. Non dissimiliter quoque erit mensura prima augmenti, & secundi, & tertij, & quartij. Cuius frigiditas aequalitatem supergressa est, quemadmodum fuit mensura caloris, qui aequalitatem excessit, cuius supergressionem explanauimus. Caliditas quoque, quae est in augmento, cum intenditur frigiditas, ita erit, ut fuit frigiditas augmenti, in quo erat caloris intensio. Postquam ergo iam exposuimus manifestum hoc, quod posueramus, in aequalitate absoluta, reuertamur ad ostendendum hoc in aequalitate, quae secundum relationem attenditur.

Capitulum septimum.

Dico ergo, quod aequale in medicinis, secundum comparationem, quam habet ad humanam speciem, aequale vocatur. Aequale est quod neque calefacit, neque infrigidat, neque humectat, neque desiccatur. Cum igitur aliquid aequale fuerit, consequens est, ut quod ex caliditate in eo continetur, sit quemadmodum illud, quod ex frigiditate, & calidarum partium quantitas tanta sit, quanta frigidarum, cum scilicet ad speciem humanam aequale comparatur. hoc est quod cuius calefactio respectu illius, non est maior prius infrigidatione, aut humectatione, aut desiccatione, ipsum est aequale, quod secundum comparationem dicitur. Oportet itaque, ut etiam hoc aequale sit principium, & elementum eius, ad quod dicitur, quia in ipsum resoluitur illud quod supra ipsum augmentum, & quod ab eo egressum fuit: oportet quoque, ut mensura augmentorum in hoc aequale sit, quemadmodum augmentorum mensura supra aequale absolutum fuerunt. Conueniunt itaque huic aequali, quod secundum comparationem, ea quae in aequali quod absolute dicitur, conuenire monstrata sunt, hoc est quod (ut diximus) hoc aequale principium est, & elementum eorum respectu quorum dicitur, & in ipsum resoluntur augmenta, postquam ab illo orta fuerunt. Huius autem quod dicimus medicinam calidam, aut frigidam, aut siccam, aut humidam, in primo gradu existere, expositio est, quod eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut siccitas, aliquid supra aequale auxit. quod est primum augmentorum, sensui non omnino manifeste occurrens. Et iam ostensum est, quod primum augmentum naturale est augmentum dupli, & quod ipsum in aequale resoluitur. Oportet ergo, ut quod de partibus qualitatum, quae sensui occurrunt, in primo gradu existit, duplum sit eius, quod est in aequali, secundum suam speciem, & duplum etiam eius, quod in eo est ex sibi contraria, secundum quod iam declarauimus. Sed cum remouerimus quod est in primo gradu, quod scilicet est primum augmentum ex partibus qualitatum supra aequale addentium, remanebit aequale, in quo qualitates secundum aequalitatem connectuntur, sicut ostendimus in conuersione, quae fit secundum resolutionem cum aliquid, scilicet ad originem ducitur, a qua ipsius fuit principium. Gradus. n. primus non ex alio constituitur, nisi ex duplo, quod est in aequali ex sua specie, aut si vis ex sibi contraria, quemadmodum declarauimus. Similiter quoque, cum dicimus hanc medicinam esse calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam, in gradu secundo, eius intentio est, quod eius caliditas, frigiditas, aut humiditas, aut siccitas iam aliquid supra primum gradum, quod est primum augmentum, est super egrediens primum gradum manifeste. Et oportet, ut sit huius augmenti mensura dupla eius, quod est ante ipsum in primo gradu, quemadmodum ostendimus, quod resolutio, quod fit cum aliquid reducitur ad suum principium, quod est aequale, non inuenitur nisi in augmento dupli. Erit ergo virtus qualitatis gradus secundi, secundum gradum dominantis duplae virtutis dominantis in primo gradu. Sed

A virtutis dominantis in primo gradu mensura (ut ostensum est) dupla fuit mensura virtutis, quae est in aequali secundum suam speciem; aut si volueris secundum sibi contraria. Erit ergo virtus in secundo gradu dominans quadrupla eius, quod est in aequali secundum suam speciem, aut si volueris secundum sibi contraria. Cum ergo illud, quod in secundo gradu superat remouerimus, remanebit gradus primus, in quo primum augmentum attenditur, & cum primum sustulerimus gradum, remanebit aequale, in quo qualitates secundum aequalitatem coniunguntur, sicut demonstrauimus in conuersione, quae fit dum reditur ad aequale. Non dissimiliter etiam cum dicimus hanc medicinam calidam, aut frigidam, aut siccam, aut humidam in tertio gradu existere, inde dicitur, quod eius caliditas, aut frigiditas, aut siccitas, aut humiditas, iam addit supra gradum secundum, quod est primum augmentorum, quae gradum secundum supergressa sunt non in ultimo. Vnde oportet, ut huius tertij augmenti mensura dupla sit eius, quod ante ipsam existit in gradu secundo, sicut ostendimus in augmento dupli.

B Mensura vero augmenti secundi, iam fuit dupla mensura augmenti primi, & quadrupla suae similis, aut sibi contrariae, quod est in aequali. Erit igitur mensura dominij tertij gradus quadrupla primi augmenti, & octupla eius, quod in aequali inuenitur ex sua simili, vel ex sibi contraria, cum ergo tertij gradus dominium sustulerimus, residuus erit secundus gradus. Secundum quoque, cum remouerimus, remanebit primus: hunc quoque, cum abstulerimus, remanebit aequale, in quo qualitates secundum aequalitatem commiscuntur. Similiter quoque, cum dicimus hanc medicinam esse calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam in quarto gradu, intenditur quod eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut siccitas, iam aliquid adauxit supra tertium gradum, quod existit primum augmentum, tertium gradum excedens, cuius effectus validus existit, hoc est, quod illud quod ad nos ex eius caliditate peruenit, combustionem operatum est. Et quod eius frigiditate insensibilitatem, & mortificationem eius efficit, cui applicatur. Oportet ergo, ut sit huius quarti augmenti mensura, dupla eius, quod est ante ipsum in gradu tertio, sicut de augmento dupli patefecit; sed tertij augmenti mensura iam fuit quadrupla virtutis primi gradus, & octupla eius, quod est in aequali ex sua simili, aut sibi contraria. Erit ergo secundum hoc virtus dominij quarti gradus, octupla virtutis primi gradus, & sexdecupla eius, quod est in aequali ex sua simili, vel ex sibi contraria. Cum ergo hunc quartum gradum ad aequalitatem conuertendo reduxerimus cum sublatione eius, quod in eo est, relinquetur gradus tertius. Tertium autem cum sustulerimus, remanebit secundus. Et secundum cum remouebimus, remanebit primus. Primo quoque, sublato, residuum erit aequale, in quo qualitates aequalitate connexae sunt. Hoc itaque modo qualitas resolutionis augmentorum ad aequale consistit, a quo fuit eius principium.

C Ex hoc quoque manifestum est, virtutes graduum medicinarum, quae ab aequali principium fortuntur, ad ipsum resolui, aut conuerti, a quo processerunt. Nos autem iam ostendimus resolutionem, in aequale inueniri non posse, nisi in proportionem dupli, & proportionem dupli proportionalem existere. Sequitur ergo ex hoc virtutes graduum medicinarum sensui apparentes, quae, scilicet supra aequale aliquid augent, proportionales dupli proportionem existere.

D Ordo vero propositionum, ex quo ad hanc peruenitur conclusionem, est, ut dicamus virtutes graduum medicinarum sunt, quae in aequale resoluntur, sicut iam manifestum fuit. Omne autem, quod in aequale resoluitur, in proportionem dupli existit. Consequens igitur est ex hoc, ut virtutes graduum medicinarum proportionales sint dupli proportionem. Cum ergo adiunxerimus huic conclusioni suam comparem, hoc est, quod proportio dupli est, proportionalis, consequitur ex hoc virtutes graduum medicinarum dominantes proportionales esse, videlicet ut sit proportio caliditatis, quae in aequali consistit, ad caliditatem, quae in primo gradu attenditur, sicut proportio caliditatis primi gradus ad caliditatem secundi gradus. Et proportio caliditatis gradus secundi ad caliditatem tertij

tertij gradus. sicut proportio caliditatis tertij ad caliditatem quarti gradus. Similiter quoque erit proportio frigiditatis, quæ est in æquali ad frigiditatem primi gradus, sicut proportio frigiditatis primi gradus, ad frigiditatem secundi gradus. Et proportio frigiditatis secundi gradus ad frigiditatem tertij gradus, sicut proportio frigiditatis tertij gradus ad frigiditatem quarti gradus. Virtutes ergo contrariæ virtutibus, quæ ab æquali secundum augmentum recesserunt, si denominauerimus secundum modum comparationis excedentium erunt proportionales addentes. Hoc est, erit mensura augmenti frigiditatis, quæ est in æquali, supra frigiditatem gradus primi, sicut mensura frigiditatis gradus primi, supra mensuram frigiditatis gradus secundi, erit mensura frigiditatis gradus secundi supra mensuram frigiditatis gradus tertij, sicut mensura frigiditatis gradus tertij supra mensuram frigiditatis gradus quarti. Si autem denominauerimus virtutes quasdam earum ex alijs, erunt æquales. quemadmodum ostendimus omnes æquales existere, ex eo, quod in æquali reperitur, cum augmentum sublatum fuerit. Ipse. n. partes æquales inueniuntur. Huius autem declaratio est, quod æquale istud existit, in quo tantum obtinetur caliditatis, quantum & frigiditatis, siue partes sint parue, siue magnæ.

Capitulum octauum.

Ponamus itaque, quod æquale sit pars minima partium, quod illud est vnitas, cuius medietas sit calida, & medietas frigida, & quod caliditas primi gradus sit dupla eius, quod est in æquali ex caliditate, sicut ostendimus primum augmentum naturale esse augmentum dupli. Quia igitur quod in æquali continetur ex frigiditate, æquum est ei, quod est in ipso ex caliditate, oportet, ut sit caliditas primi gradus dupla etiam frigiditatis, quæ est in æquali. Cum ipsius frigiditas suæ caliditati sit æquale. Et quia caliditas primi gradus dupla est frigiditati, quæ reperitur in æquali. Erit ergo quod est in ipso ex frigiditate quantum est medietas eius, quod est in ipso ex caliditate, ergo caliditas erit pars, & frigiditas partis medietas. In gradu quoque secundo, quod ex caliditate reperitur, duplum est eius, quod est in primo ex caliditate, sicut patefecimus ex augmento dupli. Sed quod in primo gradu caliditatis (ut ostensum est) duplum est eius, quod in æquali est ex caliditate, & duplum etiam eius, quod est in ipso ex frigiditate. Oportet ergo, ut sit quod est in gradu secundo ex caliditate quadruplum eius quod est in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam frigiditatis, quæ est in ipso. Cum cōmensuratio ad frigiditatem facta fuerit, & quæcunque fuerit caliditas secundi gradus, est quadrupla frigiditatis, quæ est in æquali. Postquam quod in ipso est frigiditatis æquum est caliditati ipsius, erit caliditas duæ partes, & frigiditas partis medietas. In gradu similiter tertio quod continetur caliditatis duplum existit eius, quod est in secundo ex caliditate, quemadmodum ostendimus ex incremento dupli. Sed quod in secundo gradu continetur ex caliditate, quadruplum existit eius quod est in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam eius, quod in eodem continetur ex frigiditate. Oportet igitur, ut quod in gradu tertio existit, est octuplum caliditatis, quæ est in æquali, & octuplum etiam frigiditatis eiusdem. cum cōmensuratio ad frigiditatem facta fuerit. Et cum caliditas gradus tertij octupla sit frigiditatis, quæ est in æquali, erit quod est in ipso ex frigiditate octaua pars eius, quod est in eo ex caliditate; ergo erit caliditas partes quatuor, & frigiditas pars media. In gradu quoque quarto, quod est ex caliditate, duplum existit eius, quod est in tertio ex caliditate, quemadmodum ex augmento dupli patefecimus. Sed quod est in tertio ex caliditate iam fuit octuplum eius, quod in æquali continetur ex caliditate, & etiam octuplum frigiditatis, quæ est in ipso. Oportet igitur, ut sit quod est in gradu quarto ex caliditate sexdecuplum eius, quod est in æquali ex caliditate, & etiam sexdecuplum eius, quod in ipso continetur ex frigiditate. Cumque ad frigiditatem mensuratum fuerit, quia caliditas quarti gradus caliditate tertij gradus dupla existit. Et cum caliditas quarti gradus sexdecupla fuerit frigiditati, quæ est in æquali,

erit illud, quod est in ipso ex frigiditate, quantum est medietas octauæ partis eius, quod in ipso reperitur ex caliditate. erit igitur caliditas octo partes, & frigiditas partis medietas, non dissimiliter quoque ex frigiditate in primo gradu, & secundo, & tertio, & quarto continebitur cum incremento ad caliditatem se habebit, secundum proportionis modum, quem præmisimus ex frigiditate, & mensura in humiditate, & siccitate ad eundem modum obseruabitur. Iam ergo ex hoc manifestum fuit, quod cum tu proportionaueris virtutes contrarias virtutibus, quæ ab æquali recedentes perueniunt ad augmentum, quod in quolibet gradu est medietas partis vnus erunt æquales.

Cum autem proportionaueris eas secundum modum resolutionis, quem habet ad præcedentes, erunt proportionales dupli proportionem, hoc est, quod frigiditas caliditatis tertij gradus addit supra frigiditatem caliditatis quarti gradus, quantum est quarti gradus frigiditas. Similiter quoque gradus secundus super tertium, & primus super secundum, & æquale super primum, hoc est quod frigiditas caliditatis quarti gradus, tanta est, quanta medietas octauæ partis caloris eiusdem, & in tertio gradu octaua, & in secundo quarta, & in primo media, & in æquali similiter. Calor quoque qui attenditur secundum dominium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem frigiditatis quarti gradus, superat cum quantitate caloris quarti gradus. Gradus etiam residui similiter se habent. In siccitate quoque, & humiditate idem inuenitur.

Iam ergo ex hoc quod præmisimus, manifestum est omnibus proportionibus, quæ in proportionem augmenti attenduntur, proportionem dupli meliorem existere, in qua æquale reperitur, hoc est, quod ipsa in æquali resoluitur. sicut demonstraui. Musica quoque tractatus docuit hanc proportionem, omnibus alijs proportionibus meliorem existere, & naturis conuenientior, esse scilicet dupli proportionem. Et hoc quoque declaratum est, quodam non nominasse gradum primum, secundum, tertium, & quartum, nisi solummodo secundum modum, quo numero ordinatio nominatur, & non aliter, hoc est, quod eorum sermo in nominando gradum primum, secundum, tertium, & quartum, non intelligitur absque qualibet duarum intentionum, quarum vna est eorum, qui eos secundum ordinem numeri, quod eorum computationem nominauerunt, quod est huius. 1. 3. 4. nisi solummodo secundum modum, quo numeri ordinatio vocatur, & non aliter, hoc est, quod etiam eorum sermo in nominando primum gradum. 2. 3. & 4. intelligitur absque qualibet duarum intentionum. Quorum vna est eorum, qui eos secundum ordinem numeri, & eorum computationem nominauerunt, quæ est huiusmodi. 1. 2. 3. & 4. Alia autem eorum qui hoc secundum modum virtutum dixerunt, si qui quartum nominauerunt gradum, eo quod eius virtus, primi quadrupla existit, & tertium, quod eius virtus tripla sit primi; & secundum, quod eius virtus dupla primi existat. Si qui igitur hos gradus, 1. 2. 3. & 4. sic nominari dixerunt secundum ordinem numeri, & non secundum virtutum ordinationem, non erit eorum dictio conueniens, secundum primum modum nominationis; cum ipsi in gradibus virtutes quærant. Quod si fuerint aliqui, qui dicant in gradibus, quartum dici, quod eius virtus sit quadrupla primi, & triplum, causa suæ virtutis, quæ est tripla primi, erit iste ordo graduum absque proportionem. Nos vero iam ostendimus in præcedentibus ipsos proportionales existere. Gal. quoque in li. decem tractatu, quæ de componendis medicinis edidit, in parte videlicet octaua, cum de quinta cōfectione medicinarum Andromachi tractaret ad curandū stomachum, eorum destruxit sententiam, & qui quarti gradus virtutem primi quadruplam, & tertij primi triplam asserabant. Cōfectio autem illa satis aperte potest in lib. illo intelligi, si quis intente ipsum considerare voluerit, & si fuerit boni intellectus, & in proportionem, & proportionalitate instructus intelliget sententiam eorum, qui dicunt, quartum gradum quadruplum primi, & tertium triplum primi, annullatam esse. Alij autem præterea fuerunt, qui graduum virtutes secundum hunc ordinem se habere dixerunt, affirmantes virtutem caloris primi gradus habere in se

in se quinq; octauas virtutis caloris quarti gradus. Ideo, quod eius tres octauas remanent frigida. Dixerunt etiā, q; virtus caliditatis secundi gradus habet in se tres quartas virtutis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius quarta frigida. Et quod virtus caliditatis tertij gradus continet 7. octauas virtutis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius octaua frigida. Quod aut eos in hanc induxit sententiam, fuit quidam, qui dixit, q; si nos misceremus medicinam in quarto gradu calidam cum medicina frigida in eodem gradu, aequaretur medicina, & essent in ea quatuor partes calidae, & quatuor frigidae. Sed si adderemus quintam partem calidam, esset calida, in primo, essentq; ipsius quinq; partes calidae, & tres frigidae. Similiter si adderemus sextā partem calidam, esset in secundo gradu calida, & eius essent tres quartae partes calidae, & alia quarta frigida, septimam quoq; partem calidā si adderemus, esset medicina calida in tertio gradu, essentque ipsius 7. octauas calidae, & reliqua octaua frigida. Qd si octauam partem adderemus calidam, esset medicina calida in quarto gradu, esset autem tota calida nihil habens in se frigiditatis. Huius aut intentio falsa existit, & fm modum experienti, & fm eum, qui contra eū argumentatur, ponens principium suum fm dicta illius, hoc est q; si predictus misceret medicinā calidam in tertio gradu, cum medicina frigida in eodem gradu, equaretur medicina, essentq; in ea tres partes calidae, & tres frigidae. Quod si pars vna caliditatis adderetur, esset calida in primo gradu, & essent eius quatuor partes calidae, & duae frigidae. Essent igitur fm hoc primi gradus duae tertie calidae, & vna frigida. Et pmissis vero, s. eius octauae fuerunt calidae, & tres frigidae, hoc aut impossibile est.

Similiter quoq; si pars secunda cū prima calida fieret, esset medicina in secundo gradu, essentq; eius partes quinque calidae, & pars reliqua frigida: ergo fm hunc modū 5. sextae secundi gradus existerent calidae & vna frigida. Sed pcedentibus eius tres quartae fuerunt calidae, & vna frigida: quod omnino contrarium est, & impossibile, ita etiam si parstertia cum secunda, & prima calida fiat, erit medicina tota calida nihil in se retinens frigiditatis. Sed in pcedentibus ostensum fuit, q; cum pars tertia cum partibus quae ipsas praecedunt in quarto gradu calida sit, eius 7. octauae existunt calidae, & reliqua octaua frigida. Ideoq; intentio hanc manifeste falsa existit. Non.n. oportet, vt huius intentionis inuentor aliquid in gradu quarto attendat, quod non aequale in gradu tertio, & secundo obseruari possit. Postquam igitur huius intentionis falsitas manifeste apparuit, & eius est etiam sententia manifeste destructa, q; virtutem quarti gradus primi quadruplam, & tertij triplam primi asserbant, ex eo quod Gal. in receptione medicinae sui libri comprobauit, & ex eo, quod nos declarauimus.

Et postquam ostensum est, q; gradus dupli, proportio ne proportionales existunt, q; proportio virtutis gradus primi ad fm in effectu est sicut proportio virtutis gradus secundi ad tertium, & proportio virtutis gradus tertij ad quartum, declarabo nunc quo cognitio componendi medicinas fm hanc proportionem, quae omnibus ab his, p. portione augmentorū melior existit cōprehendi queat.

De compositione medicinarum. Cap. ix.

Dicam ergo, q; compositio medicinarum licet infinitas recipiat sectiones, in sex tamen restringitur, cum sub regulis rationis comprehensa fuerit. Quarum vna est compositio medicinae calidae cum alia medicina calida. Et secunda compositio medicinae frigidae cū alia medicina frigida. Et tertia compositio medicinae calidae cum medicina frigida. Quarta quoq; compositio temperata cum medicina temperata. Quinta etiam compositio medicinae temperatae cum medicina calida. Et sexta compositio medicinae temperatae cum medicina frigida.

Compositio quoq; medicinae calidae cū alia calida tribus fit modis. Vnus est, vt ipsa miscetur medicinae aq; calidae, vt ipsa est. Secundus, vt coniungatur medicina maioris caliditatis. Tertius, vt medicina minoris caliditatis coniungatur. Quod si compositio medicinae aq;

A caliditatis fiat, non erit in ea caloris augmentum, neque minuetur ex ea aliquid. Et si compositio medicinae fiat ex medicina calida, & alia, & quae sit minoris caliditatis, erit medicina composita minus calida. Sed si compositio medicinae fiat ex calida, & alia, quae sit maioris caliditatis, erit medicina composita magis calida, neq; minuetur ex ea aliquid: & erit eius caliditas inter augmentū, & diminutionē. Inter caliditatem medicinae habentis caliditatem cum augmento, & alterius habentis ipsum calorem cum diminutione. Nos itaq; huius qd diximus exemplum ponamus, & hoc est, q; cū nos miscuerimus duas aquas, quatuor vnaquaq; sit bulliens in summo, neq; in nostra permissione mora interuenierit, non minuetur ex ea aliquid, sed remanebunt feruentes vtraq;. Si aut aliam minus feruentem cum alia, quae magis ferueat cōmiscuerimus, augmentabitur caliditas aquae minus feruentis, propter aquam multum feruentem, & minuetur caliditas aquae multum feruentis propter aquam minus feruentem. Non est tamen conueniens, vt assumemus medicinam calidam, caliditatem calidioris medicine, cui admiscetur, minuere, propter modum qualitatis minoris caliditatis; sed pp proprietatem eius, quod est cum eius minore caliditate ex qualitate frigiditatis. Eodemq; modo frigiditas medicinae frigidioris minuetur ex eo, qd est minus frigida ex qualitate caliditatis, pp hoc etiam in pcedentibus declarauimus frigiditatem cum caliditate primi gradus equari medietati caliditatis ipsius, & sic in reliquis gradibus est intelligendum, vt ex hoc cognoscas illud, quod nomen frigiditatis comprehendit ex nomine caliditatis. Aut nomen caliditatis ex nomine frigiditatis. Aut nomen humiditatis ex nomine siccitatis. Aut nomen siccitatis ex nomine humiditatis, quoadmodū in sequentibus propalabo. Compositio vero medicinae quae fit ex frigida medicina cum alia frigida medicina, tribus etiā fit modis: Vno, vt medicina frigida in compositione iungatur alij medicinae eiusdem qualitatis vel frigiditatis. Non ergo quod fiet compositio augmentabitur frigiditas, neq; minuetur ex ea aliquid; secundo vero, vt in compositio medicina frigida cum alia maioris frigiditatis miscetur. tertio vero, vt in compositio, & medicina frigida alie minoris frigiditatis adiungatur & augmentata frigiditatis ex diminuta frigiditate minuetur, eritq; medicina composita inter frigiditatem frigidioris, & frigiditatem minus frigidae. Hoc quod manifestum est, & apparet ei, qui propositū exemplum memoriae cōmendauit. Rursus in cōpōne, quae fit ex coniunctione quae est medicina calidae cum frigida, vnaquaq; qualitatum a sui minui contraria, & rursus in cōpōne, quae fit ex cōmitione medicinae aequalis cū alia aequali, erit medicina composita ex his aequalis. In cōpositione quoq; quae fit ex cōiunctione medicine calidae cū aequali, erit medicina ex his composita non aequalis, quia cum aequale equali admissum fuerit, non erit medicina ex his composita aequalis. Hoc.n. est ex per se notis, quae propositione non indigent, & necesse est vt caliditas medicinae calidae minuat ex eo, quod declarauimus: & hoc est, quod illud quod est minus calidū ex qualitate frigiditatis reprimit caliditatem eius, quod est magis calidum. Huius aut sermonis summa est, qd compositio fit ex cōmitione aequalium cum aequalibus, & calidarum cum calidis, & frigidarum cum frigidis eiusdem, id est tanta frigiditatis non augmentabitur eorū virtus, neq; minuetur ex eo, quod est in ea aliquid. Erat ergo temperata, aut calida, aut frigida. Sed cum compositio fiat ex cōmitione medicinarum diuersarum ex augmento, & diminutione, aut ex contrarietate, minus ab augmento augebitur, & maius à diminutione minuetur. Expositio compositionis medicinae, & renunciatio compositionis medicinae calidae, & cum alia medicina calida.

Congregabis itaq; pondera medicinarū calidarū, q in gradibus sunt, & seruabis ea, qd erit in eis ex virtutibus frigidis reperit cōiunges, & q fit earū denominatio ex numero calidarū scies. Nos aut saepe in his, q praecesserunt diximus, q; cū virtutes frigidae fuerint, quantū medietas calidarum erit virtutū, medicina ex eis composita in

in pri-

in primo gradu calida. Et cum virtutes frigidae fuerit quantum quarta pars calidarum virtutum, erit medicina in secundo gradu calida. Et cum fuerint virtutes frigidae quantum octava pars virtutum calidarum, erit medicina calida in tertio gradu. Et cum fuerint virtutes frigidae quantum 16. pars virtutum calidarum, erit medicina calida in quarto gradu. Similiter quoque inuenitur regula medicinarum, in quibus frigiditas dominatur, & vni quatuor graduum comparabitur. Quod si virtus medicinae inter duos ex quatuor gradibus fuerit, proportionem eius ex differentia; quae est inter illos duos gradus inueniri scias. eius itaque quod diximus exemplum ponamus. Ex hoc est, quod cum misceuerimus pondus dr. j. mastice (quod in secundo gradu calidum existit) cum pondere dr. ij. cardamomi, quod est in primo gradu calidum, multiplicabimus virtutem caliditatis primi gradus, quae est vna in ij. dr. cardamomi, & proveniet inde partes duae. deinde multiplicabis virtutem etiam gradus secundi, quae est duo secundum primam regulam. in dr. i. mastice, & provenient inde partes duae. Adiunges itaque duas partes caliditatis cardamomi duabus partibus caliditatis mastice, & fiet quatuor partes calidae, quas servabis quemadmodum indicaui tibi. Tu autem iam sciisti ex praemissis, quod partes, quae cum caliditate primi gradus existunt, sunt quantum medietas partium calidarum. est ergo in illa, ex frigiditate pars media cum ad partes calidas comparata fuerit. Multiplicabis ergo hanc mediam in ponderibus duarum dr. cardamomi, & erit pars integra frigida. Similiter quoque tu iam sciisti, quod partes calidae caliditate secundi gradus duplum sunt primi, & quod earum quarta est frigida, & quod quarta duorum est medietas. Multiplicabis itaque medietatem in pondere vnius dr. mastice, & erit medietas frigida. Eam igitur adiungentes parti frigidae provenient ex eis pars, & medietas partis frigiditatis. Scias itaque, quae sit denominatio partis, & medietas partis frigidae ex quatuor partibus calidis, quas sciisti, ipsae autem erunt tres octavae. Ostensum est igitur, quod huius medicinae compositae tres octavae, quae sunt cum eius partibus calidis, frigidae sunt.

Iam autem sciisti, quod frigiditas, quae est cum caliditate primi gradus, est quantum medietas eius, quod est in illo ex caliditate, & quod frigiditas, quae attenditur respectu caliditatis secundi gradus, est quantum quarta pars frigiditatis ipsius. Sciisti etiam, quod tres octavae minus sunt medietate, quae est frigiditas, quae cum caliditate primi gradus reperitur, & plus quam quarta, quae est frigiditas, quae secundum caliditatem secundi gradus attenditur. Oportet igitur, ut medicina hic, cuius tres octavae, quae cum partibus calidis inveniuntur, frigidae sunt, inter gradum primum, & secundum existat. Cum ergo volueris scire in quanto gradu calida sit medicina, superfluitatem, quae frigiditas, quae secundum primum gradum attenditur, frigiditatem, quae cum secundo gradu reperitur, superat. Scias, quae est quarta partis frigidae. minuas itaque hanc ex tribus octaviis, quae est frigiditas compositae medicinae, & remanebit octava. Deinde scies, quae sit denominatio eius, ex quarta, quae est superfluitas, quae inter duos gradus inveniuntur. inueniesque ipsam esse medietatem. Ex hac quoque medietate caliditatis secundi gradus reprimitur. Minuas itaque hanc denominationem gradu secundo, & erit medicina composita in medio secundi gradus calida. Et hoc est quod demonstrare volumus. Regula quoque, quae in compositione medicinae frigidae cum medicina frigida attenditur. Similiter erit denominatio compositionis calidae cum frigida. Virtutes ponderum medicinarum calidarum, quae in gradibus attenduntur aggregabis, & quod cum eis ex virtutibus frigidis adunabis, & vnumquodque eorum per se separatim servabis. Virtutes quoque ponderum frigidarum, quae in gradibus attenduntur, & quod cum eis est ex virtutibus congregabis. Demum virtutes calidas virtutibus calidis adiunges, & virtutes frigidas virtutibus frigidis. Si ergo virtutes calidae cum frigidis alterentur, medicina composita in caliditate, & frigiditate erit aequalis. Quod si virtutes calidae frigidis plures fuerint, scies denominationem virtu-

tum frigidarum ex eis, & facies, sicut praemissimus. frigidae quoque virtutes, si calidis plures extiterint, quae sit virtutum calidarum denominatio ex eis denotabis, & facies, sicut praemissum est. Compositam autem medicinam aequalis cum aequali, est, sicut diximus, videlicet quod medicina composita ex eis erit aequalis.

Narratio autem compositionis aequalis cum medicina calida. Virtutes ponderum medicinarum aequalium, calidi, & frigidi, vnumquodque videlicet genus, per se aggregabis. Virtutes quoque medicinarum, calidarum, & quod cum eis est ex virtutibus frigidis similiter congregabis: demum virtutes calidas calidis, & frigidis frigidis adiunges. Et virtutes frigidas ex calidis, denominabis, & facies ut praemissum est. Cuius exemplum est, ut misceamus manna dr. j. cum cardamomi dr. j. Et cum iam sciisti, quod illud quod ex caliditate in medicina aequali continetur, est quantum est in ipsa ex frigiditate, & quia hoc est ita: medietas ergo eius est calida, & alia medietas frigida. Quod igitur secundum hoc in ipsa est ex caliditate, est pars media, & quod ex frigiditate pars media. Quod si poneremus quod in ea continetur ex caliditate partem, & frigiditate partem, & gradus reliquos secundum hunc ordinem statueremus, scilicet proportionem dupli proportionale conveniens esset. Sed quia caliditas primi gradus, & ipsius frigiditas in primis partibus continetur, quae sensui manifeste occurrunt, melius est, ut quod in aequali ex caliditate continetur, & ex frigiditate ponatur pars media calida, & media frigida. Accipies itaque pro dr. cardamomi partem i. calidam, & mediam partem frigidam, propter hoc quod demonstrauimus. Pro dr. quoque mannae sumes mediam partem calidam, & mediam frigidam, coniunges deinde partes calidas duarum medicinarum, & proveniet ex eis pars, & partis medietas calidae, partes quoque duarum frigidarum medicinarum aggregabis, & proveniet ex eis pars vna frigida. Scies itaque, quae sit denominatio partis ex parte; & media, & erit duae tertiae. Scies igitur, quod huius compositae medicinae duae tertiae quo ad calidas frigidas sunt. Oportet ergo, ut huiusmodi medicina composita aequali sit calidior, eo quod calor, qui est in aequali, est quantum ipsius frigiditas.

Scies itaque differentiam, quae est inter aequale, & gradum primum secundum frigiditatem, & hoc est medietas. Minue igitur eam ex duabus tertijs, & remanebit sexta. Deinde scies, quae sit eius denominatio ex differentia, quae est inter aequale, & gradum primum, & inuenies tertiam. Ex hac ergo denominatione calida primi gradus fuit repressa. Ideoque medicina caliditatis, erit in duabus tertijs gradus primi. Et haec est regula, quae observanda est in compositione medicinae aequalis cum frigida. Illud praeterea quod tibi patefecit in virtutibus calidis, & frigidis, ex me intellige, quia in humidis, & sic eis idem observabitur, & similiter in residuo eius torius, quod in hoc libro continetur ex intentione caliditatis, & frigiditatis.

Exemplum componendi medicinam.

Medicinae pondera	caliditatis	trigiditatis	siccitatis	humidi
Cardamomi	3. i.	par. i.	par. f.	par. i.
Zucchari	3. ij.	par. ij.	par. i.	par. ij.
Indorum	3. i.	par. f.	par. i.	par. f.
Emblcoru	3. ij.	par. i.	par. j.	par. ij.

Congregabis itaque partes calidas, & erunt quatuor, & media. Partes quoque frigidas colliges, & erunt quatuor, & media, & sicca erunt 6. & humide erunt tres. postea scies quae sit frigidarum partium denominatio ex calidis. ipsae vero sunt totidem quot, & illae. Cum igitur aequales sint illis medicina composita in caliditate, & frigiditate erit temperata. Deinde scies denominationem partium humidarum ex siccis, quae est earum medietas. Et quia sic est medicina, erit sicca in primo gradu, & in caliditate, & frigiditate, erit aequalis.

Medici-

Medicina pōdera caliditatis frigida. sicca. hūidit.
 Mastice drac.j. ptes.ij. pars.f. ptes.ij. pars.f.
 Cardamomi drac.ij. ptes.ij. pars.j. pars.ij. pars.j.



Exemplum compositionis istius alterius medicinae, partes calidas adunabis, quae erunt quatuor; frigida autem cum collecta fuerint, erit pars. j. & semis, & sicca erunt quatuor, humida quoque erunt pars una, & dimidia. Deinde scies denominationem partium frigidarum ex calidis, ex qua proveniunt tres octavae. Tres autem octavae minus sunt medietate, quae est frigiditas primi gradus, & plus quam quarta, quae est frigiditas secundi gradus. Erat ergo caliditas huius medicinae compositae addens supra caliditatem gradus primi, quia est plus duplo frigiditatis medicinae compositae. Scias itaque superfluitatem frigiditatis, quae est inter gradum primum, & secundum, quae est quarta unius partis integra; quam postquam minueris ex tribus octavis remanebit octava. Scias ergo denominationem eius ex quarta, quae est duorum graduum differentia, & inuenies eam medietatem. Est itaque ex hoc scitum frigiditatis huius medicinae supra frigiditatem gradus secundi, per quantitatem medietatis auctam fore. Ex hoc igitur consequitur caliditatem gradus secundi esse minoratam secundum quantitatem suae medietatis. Quantitas autem augmenti frigiditatis medicinae supra frigiditatem gradus tanta est, quanta est diminutio suae caliditatis. Cuius rei probatio est, quia si frigiditas gradus secundi augmentaretur secundum quantitatem frigiditatis, quae est in gradu secundi, teprimeretur caliditas ipsius gradus, & descenderet ad gradum primum. Quod similiter erit observandum in reliquis gradibus. Iam igitur manifestum fuit mensuram augmenti frigiditatis medicinae supra frigiditatem gradus mensuram diminutionis caliditatis eiusdem gradus equari. Vnde cum medietas caliditatis gradus secundi in praedicta medicina sit diminuta, relinquitur, ut sit ipsius caliditas, medietas caliditatis gradus secundi, aut si malis, facies secundum hoc, quod praecessit in superfluitate, quae inter gradum primum, & secundum inuenitur; hoc tamen leuius est, & manifestius apparet probatio eius operationis.

Medicina pōdera calidi. frigi. sicca. hūidit.
 Mastice drac.ij. part. ij. pars.j. par.iiij. pars.i.
 Acori drac.j. pars.ij. par.f. pars.ij. pars.f.
 Balaustrae drac.j. pars.f. par.ij. par.ij. pars.f.
 Armel drac.j. part.iiij. par.f. par.ij. pars.f.
 Emblici drac.j. pars.f. pars.j. par.j. pars.f.
 Nigellae drac.ij. pt.vij. par.j. par.vij. pars.
 Euphorbij drac.i. par.vij. pars.f. par.vij. pars.f.
 Nasturtij drac.j. par.vij. par.f. par.vij. pars.f.



Vius itaque medicinae partes frigidae si ex calidis denominentur, erunt ipsarum quinta. Quinta vero minor est quarta, quae est quantitas frigiditatis gradus secundi, & maior octava, quae est frigiditas gradus tertij. Quapropter considerandum est, quod si augmentum quinta supra octavam, inueniatur esse tres quarta decimae unius. Denominabis ergo eas ex octava, & erunt tres quinta. Minuentur itaque tres quinta a gradu tertio, & remanebit medicina calida, in duabus quintis, gradus tertij. Quod si haec medicina ex centum drachmis mellis conficiatur, erunt secundum hunc.

A Medicina pōdera caliditatis frigida. sicca. hūidit.
 Mastice drac.ij. par.iiij. par.j. par.iiij. par.j.
 Acori drac.j. ptes.ij. pars.f. ptes.ij. pars.f.
 Balaustrae drac.j. pars.f. part.ij. ptes.ij. pars.f.
 Armel drac.j. par.iiij. par.f. par.iiij. pars.f.
 Emblici drac.j. pars.f. pars.j. pars.j. pars.f.
 Nigellae drac.ij. ptes.8. pars.j. par.8. pars.j.
 Euphorbij drac.j. ptes.8. pars.f. part.8. par.f.
 Nasturtij drac.j. ptes.8. pars.f. part.8. pars.f.
 Mellis drac.c. pt.cc. par.l. par.cc. partes xc

Numera, & hoc pondus, erit enim ipsius frigiditas minor quarta per quantitatem unius partis, & trium quartarum partis unius, quod est valde parum. Oportet igitur, ut huius medicinae caliditas secundi gradus caliditate sit maior secundum parvam quantitatem, videlicet partis, & trium quartarum unius partis.

B Directio, siue rectificatio graduum unius, videlicet ex contrarietate, quae est in alio. Gradus itaque quarti caliditas atque frigiditas a suis contrariis, quae in alijs sunt gradibus, rectificatur ab his, quae sunt in gradu tertij ex quantitate dupli, & septimae unius, & ab his, quae sunt in gradu secundi ex quincuplo. ab his quoque, quae sunt in primo gradu ex quincuplo. Gradus itaque tertij caliditas, & frigiditas a suis contrariis rectificatur, quae in alijs sunt gradibus, ab his videlicet, quae sunt in 2. ex duplo, & tertia unius, & ab his, quae sunt in primo ex septuplo. Cum gradus quoque secundi caliditatis, & frigiditatis rectificatur a suis contrariis, quae sunt in primo ex triplo. Et rectificatio vero haec, temperamentum intelligitur. Intenditur enim ut caliditas frigiditate temperetur, aut frigiditas caliditate, & sic in alijs. Ideoque equale nullo temperat ex gradibus, cum ipsius caliditas sit quantitas ipsius frigiditatis. Vnde cum medicina componetur ex aequali, & non aequali, nunquam erit aequalis. Scias ergo hoc compositio quarti gradus cum suo contrario, quod est in tertio, ut ab eo temperetur, huius itaque compositae medicinae partes calidae sunt 9. & media septima similiter frigida. 9. & media septima.

Medicina. pondera caliditatis. frigiditatis.
 Piperis drac.j. partes 8. pars.f.
 Hypocystis. 3.ij. & 7. ps.j. & f.7. partes.8. & 4.7.

Compositio gradus.4. cum eo, quod ex tuo contrario in 2. ut temperetur, huius quoque medicinae compositae calidae partes sunt 10. & media, & frigida similiter 10. & media.

Medicina. pondera caliditatis frigidit.
 Piperis drac.j. partes.8. pars.f.
 Balaustrae drac.v. ptes.j. & f. ptes.*. 10. + 1.6.4.7.

D Compositio gradus.4. cum eo, quod est in primo ex suo contrario, ut ab eo temperetur, huius itidem medicinae compositae partes calidae sunt 15. & media, & frigida. 15. & media.

Medicina. pondera caliditatis frigiditatis
 Piperis drac.j. partes vij. pars.f.
 Violarum drac.xv. part.7. & f. partes. xv.

Compositio gradus 3. cum eo, quod in secundo gradu inuenitur ex suo contrario, ut ab eo temperetur, huius similiter compositae medicinae partes calidae sunt v. & vj. & frigida v. & vj.

Medicina pondera caliditatis frigiditatis
 Assari drac.j. partes iiij. pars.f.
 Arnoglossae 3.ij. & ij. par.j. & 6. par. 4. & 2. 3.

Cōpositio gradus.3. cū eo, q. ex suo cōtrario in 1. gradu existit, ut téperetur, huius etiā medicinae compositae partes calidae sunt vij. & media, & frigida vij. & media.
 Mesue. M M m Medicina

Tractatus de arte Medendi, omnibus
morborum curam aspiciaturis
appime necessarius.

De Libri utilitate.



N medendis corporibus, & maxime purgandis, varijs saepe molestamur incommotis, non quia medicina, quae datur sit incongrua; sed quia ab incongruis Medicis incongrue est oblata. Ideo ego Capho hoc opus de arte medendi a Caphonis ore fuitq; & sociorum scriptis; compendiosè collegi, quatenus si quod symptoma superuenerit incongruum, mihi, ceterisque in hac arte non proiectis conueniens, praesto sit remedium. Si quis enim hoc opus in manibus habuerit, medendi notitiam in pharmanis latum inueniet effectum. Nam in potionibus, & pericula vitare (si qua forte contingant) ad plenum sciet, & remouere.

De varijs Medendi modis, & libelli
diuisione.

M Vltis modis medemur; aut dissoluendo, aut constringendo, vel mortificando, aut restaurando. Corpora. n. repleta inanimus, vel dissoluta constringimus, vel in corpore deperdita restauramus. Inanimus quidem medicinis dissolutiuis, vt scāmonea. Constringimus cōstrictiuis: vt acacia, et opiat. Restauramus cibis, & potibus, cōgruisq; medicinis, vt diarhodū, triafandali, diamargariton, & similibus. Restat, & alius medendi modus, quando videlicet cōpactam, & crudam materiā ad digestionē ducimus, de quo in fine huius opusculi tractabitur. Cuius quatuor erunt particulae principales. Prima de modo medendi cū medicinis dissolutiuis, seu laxatiuis. Secunda de modo medendi cōstrictiuis, vel mortificatiuis. Tertia de modo medendi restauratiuis. Quarta de modo medendi digestiuis medicinis, & alteratiuis.

Incipit particula prima de modo operandi per
medicinas dissolutiuas, seu laxatiuas.



I Axādo igitur tribus modis medemur attrahendo, expellendo, & dissoluendo, & hoc locorum diuersitate, in quibus est materia. Dissoluendo, vt benedicta, cathartico imperiali, & similibus. Attrahendo, vt aloe, opiat. Expellendo, vt psyllio loto in aqua tamarindi, & huiusmodi, quae sic expellunt, quod non dissoluant. Pro varietate autem locorum, in quibus est materia, quam euacuare intendimus, vna vel pluribus succurrendum est potationibus. Vnde diligenti cōsideratione medicus inuestiget locum materiei, vt secundum loci proprietatem vnam vel plures tribuat medicinas. Si .n. materia fuerit in stomacho, vel in hepate, vel in locis his vicinis; vna datur potio fm proprietatem materiei. Si vero materia fuerit in remotis partib; sicut podagra, in qua materia est in pedibus, damus plures; quia prius damus medicinā dissolutiuā; q̄ humores remotos dissoluat, vt est ius polypodij, ius agathei, pilula cathartica, & similia. Secundo damus alteratiuā medicinā, q̄ humores dissolutos ad stomachū attrahit, et magis dissoluat, vt est bñdicta, & hieralogodiō, picra, &c. Amara .n. citius penetrat ad remotas partes, & extrema magis purgant, quam aliae medicinae. Tertio damus expulsiuā, quae humores in stomacho congregatos expellat, vt psyllium, &c. in quibus talis est ordo. In mane damus vnam, meridiē aliam, vespere

Medicina.	pondera	caliditatis	frigiditatis
Galangæ	drac. j.	partes iij.	par. f.
Myrobal.	drac. viij.	part. 3. & f.	partes. iij.

Compositio gradus. 1. cum eo, quod ex suo contrario in 1. gradu reperitur, vt temperetur huius similiter medicinae compositae partes calidae sunt tres, & media, & frigidae tres, & media.

Medicinae	pondera	caliditatis	frigiditatis.
Ambrae	drac. j.	partes ij.	par. f.
Bellirici	drac. iij.	par. j. & f.	partes tres.

Explicit lib. Alchindi de gradibus compositarum medicinarum.

Medicinae Galeni compositio, quam secundum Andromachum edidit, in octaua partes libri. x. tractatuū.

Mansiones	medicinae	pondera.
Frigida, sicca in 2. gradu.	Arnoglossæ.	partes sex.
Calefacit, & siccat in 2. gradu.	Massichis	partes ij.
Calefacit, & siccat in 2. gradu.	Myrrhae	partes j.
Calefacit, & de siccatur in 2. gradu.	Mentæ	par. j.

Hae fig. eff. sunt praedicta immutata.

Caliditatis	frigiditatis	humidit.	siccitatis.
par. j.	pres. 4.	par. j.	partes iij.
ps. j. & 3. ps. j. terr. p. j.	3. vni ⁹ par.	ps. j. & 3. ps. vni ⁹	
partis. 3. duæ.	partis. 1. 6.	partis sexta	partis. 3. duæ.
partis. 3. duæ	partis. 1. 6.	partis sexta	partis 3. duæ.

Hoc in quodam codice antiquo manuscripto non habetur. Cormina. vero su.

Receptio huius medicinae, quae in lib. Galen. x. tractatibus continetur, in quo secundum auctoritatem Andromachi scribit in tractatu, videlicet. 8. cuius etiam Alchindus auctoritatem induxit quantum gradum esse,rimi quadruplum, & tertium primi triplum. Galeni verba erronea erunt, & erit medicina stomacho nocua propter multitudinem calidarum partium. Scias ergo hoc quod in principio libri quaedam praeposita fuit figura, in qua numeri proportionales quasi confuse dispositi sunt. Ideo in hoc loco ad maiorem expressionem hanc subiicimus tabulam; vt quod ibi dicitur, distincte intelligatur de partibus graduum. Sciendum est, quod si quis subtiliter voluerit attendere remissionis qualitatis augmentum, & intense remissionem, inueniet eas certissime. Cateat tamen ne vnquam eas aequales reddat. Non enim essent ter in gradu.

Quartus adaequatur cum primus quinquuplatur.
Alter, vt aequetur cum quarto quinquuplatur.
Septima donetur duplo sic tertius habetur.
Tertius aequatur cum primus septuplicatur.
Alter vt aequetur sibi duplo tertia detur.
Altera adaequatur cum primus subtriplicatur.

1.	1.	1.
1.	2.	4.
2.	3.	4.
3.	5.	7.
2.	6.	11.
3.	8.	18.

Alchindi libellus de gradibus medicinarum explicat.